



BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich



3649





Squarcialupi Marcello

✓

S I M O N I S

SIMONII LVCENSIS,

PRIMUM ROMANI, TUM

CALVINIANI, DEINDE LVTHE-

rani, denuo Romani, semper autem Athei

summa religio.



36.846

S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

MONI S I M O N I S

XVI. Qu. 3649

NO Cloco Simon Doct̃or ad breuiffimum horæ ſpatium excita ſopitam iſtam tuam in vitiorum veterno mentem. Vocas non ſemel meum animum hypocriticum, neque tamen me recognoſceres, cum ſemel vix anno iam decimo tertio videris. Si cauſam a te viri boni huius tui contra me iudicii quærant, audebis quod vnus eſt Dei, hoc donum tibi tribuere, nempe te ſatis noſſe meos animi ſenſus reconditos. Impure Simon æquè ac veſane, tu ne tibi diuinitatem quandam diuinitatis hoſtis uſurpare vis, dum audes de meis cogitationibus iudicare? Quod ſi nos hypocrite ſumus, quia non libentes, neque palàm (vti tu facis) ſcleribus nos oblectamus, qualis erit Simonis virtus? qualis in eodem numinis adoratio? Conſtat inter omnes Europeos Simonem Lucenſem, ſine vlllo freno, & potiùs licentia puniendâ, iniuriæ, mendacio, obſcœnitati operam dare. Quod ſi nos fucatam oſtêtamus iuſtitiam, quantus eris tu Chriſtianus, qui ne ſis quidem, vt monſtraui, philoſophus, neque dignus quem hominem vocêt? O te nimium dedecorolum, in quem non ſolùm non cadit ſolida & expreſſa virtus, ſed ne quidem ſuſpicio ſimulatæ virtutis. Maxima ergo tua religio eſt in fœda omnis improbitatis profeſſione. Sicut enim vir bonus non vis eſſe, ita nec vlllo modo bonus videri vis. Et ne quis cogitare poſſit, vllam tibi virtutis partem cordi eſſe, nullum apertè honorem eſſe cen-

ses, nullum dicis inter magnos philosophos (quorum te facis ducem) Dei cultum existere. Fuisti olim Catholicus, deinde Calvinianus, tertio Lutheranus, quarto Arianus, quinto in Bohemia rursus Catholicus; demum rursus iisdem formis in Polonia: semper tamen ubique Mezentianus; ac tantum non vnus ex Catilinæ centurionibus. Semper es enim (vt fuisti) animo & manu promptus ad barbas aureas, victorilas, palliaque statuarum Attalica cum Dionysio Siculo diuidenda. Quis iam neget, Simonem istum vomitricam putrem & funestam esse, a cunctis bonorum ordinibus meritò reiectam? Verum tamen cum omnino velis nunc dici Catholicus, cur saltem post 23. annorum incōstantiam perfidiosam, in aula nunc iustissimi Regis tibi non constas? Cur pergis cum cœlitibus ludere? cur tuos ipsos irrides impiè sacerdotes?

Viris principibus promittis, nihil præstas; iuramento te obligas, in templis Augustis frequentissimæ tuæ fabulæ spectatoribus. Cur das omnibus verba? Cur mentem etiam coram Deo iniuram geris o peierator? Crediderunt illi viri iusti, nimisque faciles opifici mendaciorum Simonio. Idcirco te Punicæ fide monstrum numerarunt inter suos, & fraternè complexi sunt.

Dic mihi quæso, histrionicè Ecclesiastes, dic saltem in aurem, vt potuisti risum tenere tam diu simulando, & mētiendo, cum in cōcione illa frequentissima Pragensi, declamabas de religionibus, de Sacerdotio, de

tio, de conscientia, deque zelo diuino, de Sacramen-
 tis, & expiationibus manium, de mysteriis, ac vaticiniis,
 de porta tibi demum cœlorum patefacta; dum
 restitutam te ouem (cum olidus esses hircus) in salu-
 tis viam exultabas, cum âte sacras in genua procum-
 bens aras, & vinctas ad signa Deorum palmas ten-
 dens, maria, terras, polos, tuæ resipiscentiæ vocabas
 testes; cum veniam demum tuorum scelerum ab ho-
 minibus ac Deo deprecabare? Cum inquam has om-
 nes tuę fabulæ partes agebas, & suspirabas idētidem,
 & pectus impium pugnis tundebas, & fletum singul-
 tiens simulabas improbe, qui factum est, vt ex impro-
 uiso, non cachinareris tuarum technarum, conscius?
 Magnam sanè tuam constantiam in tanta simulatio-
 ne, cum scires te ibi omnia mentiri vltro (excipio
 cum te scelestum vocabas) auditoribus illis optimis
 & amplissimis viris illudere te, aliud in lingua, in ani-
 mo aliud fuisse, tot millia hominū pro pecudibus a te
 habitos esse, cum tibi Vatiniōrum piissimo (parce
 non Grammatico Bubulco) Deum colere, de pieta-
 te loqui, summa sit ac deplorata stultitia. Et adhuc
 vis dici philosophus, qui nondum cernis, primum
 hoc esse sapientis munus, cultum numinis ex animo
 promouere? Itane profecisti libris tam multis voran-
 dis, vt opres iam promulgari (hic enim est animus o-
 mnium, qualis tu es impiorum & obscœnorum) le-
 gem nunquam refrigerandam, in qua sit capitale, si quis
 de religione loquatur? Velles ergo omnes iustitiæ

fibras ex mortalium animis elidi; dolesque intimo sensu, te Deum ex throno suo non posse detrahere? O quam tibi videreris beatus, si laxaris & confractis adeo sensuum habenis, passim ruerent homines in peccata nefanda, si semper Floralia, semper Bachanalia celebrarentur, si nullum forum esset, nullum fanum, sublatis legibus cunctis, primum diuinis, deinde humanis etiam.

At inquis furibundus, tuam a te religionem colis; atque me esse calumniatorem. Vana vox ex impurissimo Simonis ore. Qui suam religionem obseruat, potestne Doctores in ea præcipuos aspernari? Audimus, Doctor atheismi plusquam proterue, quanti facias regium, eumque præstantissimum concionatorem. & scimus quid euoueris de illius eiusdem concione ad quam ille te inuitabat. Atque habeo geminatum scriptum, huc a te missum, in quo scurriliter, non solum ordinem vnum, sed reliquos omnes tuorum sacerdotum habes ludibrio. Vbi debes dicere, cœlibes eos esse, scribis, illos Deo suam virilitatem vouisse. Nempe liberè, obscœnè, hoc est tuo more.

Sed illud acutè, ac prudenter tamen. Sacerdotes mittamus ais, qui suam virilitatem vouerunt Deo. Si quid contra cōiugium ritè scribi possit, hoc totum est ex literis diuinis petendum. Tu vis fanum omittere. Missa fiât ais, altaria, in lustra me proripiam statim, vel in dolia Cynicorum, ibique tela mihi cudam ad coniugium conficiendum. Quæso quem patronum

num inuocabis. nuptias damnas, si discedas ab argumentis tuorum sacerdotum? Nempe Diogenem, vel Diagoram. Itaque facis.

Iam cum tua religio sit nullam statuere inter homines pietatem; cum dicas philosophi magni esse religioni bellum indicere; cum tu has impias voces improbissima confirmes vita, cognoscis optimè te iam dignum esse, non solum quem execrandum sacerdotes pronuncient, sed Magistratus etiam omnes tanquam indignum hominum coetu, relegent in Lybiæ solitudines. Quò ibi inter feras tibi socias, infelices hostiuos exigas annos, & meritum demum vitæ tuæ finem nanciscare. Illud autem est incredibile, quod modò dicam. vbi vis cautior esse, ac nobis tuam venditare vafriciem, ibi maximè stolidus es. Qui per se ac sponte mentitur, neque alio hortante cõuiciatur, est ex parte interdum excusandus. Ira enim vel odio huc adduci animus potest. Et saltem in hoc errore aliqua grauitas & acumen cognoscitur. Qui verò aliorum relatu aliquem damnat, & conuiciando mentitur, longè grauiùs peccat ac lædiùs. Etenim non solum odium citra iram vllam, sed leuitatem suam cum improbitate connexam perdit. Similiter accidit in falsa disputatoris ratione. Cum aliquid ais vel negas tanquam a te ipso dictum, ignorantiam tuam appellare potes, vnde te possumus excusare. Quod si noscas aliquid falsum esse, & improbum; idque obiicias aduersario tamen; ac putaris te purgatum iri, quòd scribas,

bas, ita dicunt quidam; quid illis respondeas? Tum verò te ipse condemnas. Etenim liquidò apparet, execrabilis te veri odio furentem, non falsa quidem te dicere imprudenter, sed data opera velle veritatem euertere. Illa enim quæ hîc scribis ab aliis dici, tu ipse asseris, veteratoriè tamen, hoc est nefariè, confirmans. Vnde præter alia vitia, timidi quoq; animi signum prodis: cum semper in ingenua disputatione, virilis grauitas, & liberalis candor sit adhibendus. Quare dic mihi Medicinæ, Philosophiæ, Theologiæ (nemine scilicet discrepante) Doctòr, quis te impulit, dum legis amici tui plenas amoris literas, famam illius inimicissimè oppugnare? Et inter alios titulos operum quinquaginta, quis te coëgit hunc præsertim carpere. De humanitate perfecta deq; cõiugio? quæue de causâ (dic sine tormento si homo es) Connubium oppugnare voluisti? Hæc tua inexpiabilis misogynia quid aperte testatur? Tu nosti in tuis centenis scholiis nullum esse penitus argumentum. Scommata vbique nuda, conuicia, mendacia, nulla dictorum est confirmatio. Hîc verò, vbi coniugii mentio fit mox euadis acerrimus Doctòr; & argutaris contra coniugii dignitatem? Nempe vt nobis te probes insignem esse pudoris & castimoniæ vindicem. Sponte igitur cum hæc peccaueris grauisissima dignus es pœna. Præsertim ea de causâ, quòd vides & fateris, impiaste rationes referre. Et nihilominus tamen ista scripsisti: neque deleuisti scriptum. Et in hac tanta improbitate

probitate tibi maximè placuisti. Caput illud est, ar-
rident nimum palato tuo dogmata scholæ Petri Ar-
retini maledicentissimi ac foedissimi monstri. O ma-
lignitatem & imperitiam tuam, leuitate ac impuden-
tia semper conditam. Lege particulâ Catechismi tui.

SYMBOLI SIMONIANI EXORDIUM
pag. 47. & 51. libri Vilnensis.

Coelum genitoris loco, terram autem matris re-
rum omnium materiatarum veneramur.

Non motrix intelligentia, sed viuificus calor est
coeli forma, & causa perficiens.

Coeli calorem, ne cum Hippoarate, lib. de carni-
bus vocem omnia intelligentem, ac scientem prate-
rita & futura, religione ipsa impediatur.

Hoc tamen dicentibus quod Hippocrates dixit
non repugnabo.

Si dixerò in actione non nihil affici ab inferiori-
bus coelum, ero idcirco reus læsæ maiestatis? Mini-
mè verò domine Timosinoni.

Epicureos impietate longè vincit Simon. Illi e-
nim, vt Lucretius, licèt sustulerint prouidentiam, ta-
men Deum recognouerunt. & falsi sunt mentem esse
illum sublimem & immortalem vndique perfectam,
& felicissimam. Quod cum hi dicerent, necessariò fie-
bat, vt aliquam in animo suo relinquerent prouiden-
tiæ suspicionem. Nā qui docet, esse Deum animum,
ac mentem numeris omnibus absolutam, negare nul-
lo modo potest, in eadem naturâ & mente perfecta ef-

se vim

se vim omnia suo modo (si minus nostro) intelligendi. Atque hinc fiebat (quicquid scribit Horatius) ut esset Epicurus & eius discipuli Cicerone ipso id afferente, viri frugalissimi atque iusti.

Simon apertè (nam est Lutheranorum execrator) apertè igitur Simon, ut locet suæ religionis fundamenta, non vult Deum esse, animum aut mentem, siue intelligentiam; non motorem ut, Peripatetici tradunt; sed quendam calorem. Calorem inquam quendam viuificum, quem sapientes ne quidem volunt esse humani corporis formam, aut animam, Diagoreus iste diuulgato libro Vilnæ, clamat cœli formam esse. Atque hunc ipsum calorem (quæ qualitas est omnium hominum consensu) esse dicit omnia noscētem præterita & futura. Hæc enim ipse habet Hippocrates, si tamen illius iste fit liber. Nam ut omnibus fidem faciat Simon, se habere tantæ impietatis ac ignorantie magistrum, ablegat nos ad Hippocratem lib. de carnibus. Quem librum esse nothum cum docent aliena ibi argumenta, tum medici graues cognoscunt non esse Hippocratis sed in spuris recensendum. Estne hoc erratum verè Simonianum? hoc est vel hominis dolosi, vel imperiti, ac temerarii? Et in eo laudamus istum prolixè, dum ait, Omnia mutari a cœlo, quod ipsum tamen aliquid ab istis afficiatur. Quare Deus, nostri sapientis & Christiani Simonis, non solùm est qualitatum vna, sed ea qualitas, quæ in agendo detrimentum a cœno corruptibilem patitur.

Apertè

Apertè igitur hîc noster Diagoras ait, cœlum veneramur ac terram; illud, quia fit genitor; istam, quia omnium mater. Veneratio verò summa est adoratio quæ Deo debetur. Et præ timore tamen redit Sinon ad astus insulos. Ait; religio prohibet, ne dicam cœli calorem esse cuncta intelligentem.

Ultimum arcanum Dialecticæ simul & leuitatis ac modestiæ Simonianæ illud est. Si dixero cœlum, quod veneror & cuius forma est calor ille omnia cognoscens, violari ab elemētis, erone hac de causa supplicio dignus? maiestatis, inquit, reus?

Hoc ergo est symbolum Simonis Theodorianum.
Credo in tria, cœlum atque terram.

In cœlum patrem, & creatorem omnium


In terram rerum omnium matrem atque nutricem.


Et in cœli formam (quæ tamen calor est & qualitas) omnia sentientem & intelligentem.

Hæc apertè ne dicam vetat Pontius Pilatus.

Hîc si conuiueant, vincam Mezentium.







OPRAWĘ WYKONANO

w prac. introl.-konserwat.

Biblioteki „Ossolineum”

Data 14. IX. 65 podpis Kowalowyk

53.56.

5756

1474

